SANCTI
VINCENTII
FERRARII,
HISPANI, PATRIA VALENTINI,
ORDINIS PRÆDICATORUM,

SACRI PALATII MAGISTRI,
ET APOSTOLICI CONCIONATORIS
CELEBERRIMI,

OPERA.
TOMI SECUNDI.
PARS SECUNDA.

COMPLECTENS
SERMONES DOMINICALES POST PENTE-
COSTES USQUE AD ADVENTUM.

EDITIO CÆTERIS EMENDATIOR, CENTUM ET ULTRA
CONCIONIBUS, EX PROBATISSIMO AUTHOGRAPHO
nunc primùm erutis, auctior: Indicibus locupletior.

STUDIO, AC DILIGENTIA
FRATRUM PRÆDICATORUM REGII
Valentini Conventus.

OPE, ET IMPENSIS
ILLUSTRISSIMI, ET EXCELLENTISSIMI DOMINI,
D. FRATRIS IOANNIS THOMÆ DE ROCABERTI,
ARCHIEPISCOPI VALENTINI,
eiuſdem Ordinis, & Conventus Alumni.

(✠)

VALENTIÆ,
In Ædibus Archiepiſcopalibus, Typis Iacobi de Bordazar & Arte[illegible]
ANNO M. DC. XCIV.

BIBLIOTECA PROVINCIAL MURCIA

nu erit bonam vitam: & in centeſimo dimittit, &dat ſe delitijs, & moritur ſic, talis numquam intrabit Paradiſum. Erat quidam mercator, qui emptis pretioſis iocalibus poſuit in quodam fardello (*ſarcina*), & tradidit vni portatori vt portaret vſque ad domum, dans ſibi vnum florenum pro leuca. Qui quando fuit ad medium miliare, depoſito fardello, & perdito, venit ad domum mercatoris, petens ſalarium (*ſtipendium*) de hoc quod portavit. Qui non ſolùm non recepit pretium: imò recepit opprobrium, &c. Ita ad propoſitum. Quando aliquis recipit bonam vitam & ſanctam in Religione, vel aliàs, non debet ceſſare in medio, ſed perſeverare vſque in finem. Ergo dixit Chriſtus de S. Ioanne Evangeliſta: *Sic eum volo manere donec veniam*, ſcilicet per mortem. Ioan. 21. *v.* 22. Item. *Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit.* Matt. 10. *v.* 22. Iſidorus *Lib. 2. De Sũmo Bono. Cap. 7. Tũc placet Deo noſtra converſio, cúm bonum quod incipimus perſeveranti fine complemus*, hìc. Iterũ Chriſtus: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Apoc. 2. *v.* 10. Quam nobis concedat Ieſus Chriſtus.

PRO EVANGELIO.

Habes Sermones in 1. *Part. Tom.* 1. *Dominica* 2. *Adventus, ſingulariter Tertium, ſeptimum, & reliques ſequentes. Si autem de Obſidione & excidio civitatis Ieruſalem conciones deſideras, invenies duas in hac* 2. *Part. huius* 2. *Tomi. Dominica nona poſt Pentecoſtes. A Pag.* 185.

Omittuntur autem in hac Editione quatuor Sermones Antiquarum Editionum. Primus ſub Themate: Faciet iudicium & iuſtitiam in terra; *qui eſt de Iudicio particulari. Secundus ſub Themate*: Habens quinque panes ordeaceos, & duos piſces; *qui eſt de quinque panibus ſpiritualibus. Tertius ſub Themate*: Extollens vocem quædam mulier; *qui eſt de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. Quartus ſub Themate*: Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos; *qui eſt de ſeptem artibus liberalibus ſpiritualiter conſideratis. Omnes ergo hos Sermones invenies infrá in Tomo Variorum.*

¶ Si Dominicæ poſt Pentecoſtes fuerint plures viginti quatuor: & poſt Oct. SS. Trinitatis plures viginti duabus: tunc ſicut ab Eccleſia reſumuntur pro illis Dominicis, Epiſtolæ, & Evangelia Dominicarum, quæ ſuperfuerunt poſt Epiphaniam: Ita etiam poteris, & reſumere pro illis Dominicis, Sermones eis correſpondentes, quos require *Supra in Tom.* 1. *Part.* 1. Operum S. Vincentij. Et ſic fœliciter finitur Editio hęc noviſsima Partis Secundæ, Tomi 2. Operum S. Vincentij Ferrarij, in Vigilia glorioſæ Aſſumptionis B. V. Mariæ. 14. Auguſti 1694.

DEO GRATIAS.